

Electronic Manipulus florum Project  
www.manipulusflorum.com

Predicacio be  
cum uariis

Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Dei, dicit Apostolus. Si ergo quilibet sine predicante non audit, sine auditu non credit, sine fide non intelligit, sine intellectu bene non agit. Verbum Dei predicandum est ut audiens credat, credens intelligat, et intelligens bonum opus perseueranter exerceat, quoniam potentes uti libere uoluntatis arbitrio, nec opera sine fide, nec sine operibus fides sola iustificat.

Prosper libro I. de uita contemplatiua.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

agit] nagit (*cor. sub lin.*) B; libere] libero P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>